



**U**ngum sub cerebro, peponem sub pectore  
gestat,

Ludibrio thalami fœdera quisquis habet.

De meliore luto cerebri cordisq; recessus,

S P O N S E, Parens rerum finxit utring; tibi.

Segregis ergò satur, posthac in congrege vitâ


Incipis etatem degere ritè tuam.

Gratulor; atq; tuis liciti D E U S autor amoris

Ut cœptis faveat mente favente precor.

Novæ affinitatis grat. offert

M. Balthasar Wagnerus Archidia-  
conus Fribergensis.



### OXYMEL CONNUBIALE.

**I**ntinctus varios plenus conviva requirit,

Dulcia nec mera ei, nec mera amara placent.

Præses conjugij non ponit mustea tantum,

Sed dulci mistam ponit amaritiem.

Luctisoni risus, Et júbila flentia fiunt,

Mistaq; sunt multis gaudia dividijs.

Intritum hoc varium ingratiis est cuiq; vorandum,

Nassa suum hac si cui pemma adipale dedit.

Non